



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

21. Tres soles in unum countes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Irruit, & victo Triadis victore, triumphans,  
Tres vectat vincetos post sua terga duces.

(a) Cosroës Persarum Rex, victorijs insolens nec iniquis quidem conditionibus pacem cum Heraclo iure voluit. Currum ex auro fabricavit, in quo vesedit quasi Deus Pater, iuxta se Crucem Domini a dextris posuit loco Filij, & gallum a sinistris loco Spiritus S. ; seque iussit coli ut Deum, ideoque a Deo punitur, & ab Heraclo tres ejus exercitus profligantur prolata imagine Christi non manu, sed a Deo facta. Ex Siffid. presb. lib. 1. Epit. anno Domini 612. Bar. anno 614.

## SYMBOLUM 21.

*Parelia, seu tres soles in unum coeuntes.*

(a) **V**iderat ut primam mundi Lux unica lucem,  
Hispano soles tres micuere polo.  
Tres videas unum subito coisse sub orbem,  
Sol triplicis solis lumina solus habet.  
Castilio cur orbe micant? ferventiùs olim  
Quòd sit ab Hispanâ gente colenda Trias.

(a) Ipsa die nativitatùs Christi hi soles visi sunt in Hispania ut refert D. Tho. 3. p. q. 36. a. 3. ad 3.

## SYMBOLUM 22.

*Tres Cruces pavimento infixæ infra quas Tiberius II. Imperator, summè liberalis in pauperes, thesaurum invenit.*

(a) **I**n miseros largitus opes, insignia Cæsar  
Christiadum spectat sculpta jacere solo.  
Calcari ratus indignum venerabile schema,  
Sustulit, inde crucis forma secunda patet.  
Tertia Crux referat, clavus velut aurea, gazas,  
Cæsar opes, inopes distrahit inter, opum.

(a) Tiberius, cum etiam insignia & ornamenta imperij fuisset in pauperes elargitus, monitus, ne res imperij prodigat respondit: Deus non deerit fisco nostro. Et ecce paulò post in